



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Pœnitens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

pro vendito iusto pretio. num. 204. 217.

Idem de creditore pacifcente, vt venderetur pignus non soluto debito intra certum tempus, & priusquam venderet, non notificat debitori. Licet sit pactum non vendendi pignus, tamen trina monitio triduo interposito facta, vt soluat, vendi potest. Si vero nulla praeesset mentio de vendendo, vel non, vnica denunciatio sufficit. transactis duobus annis propria auctoritate possit vendere, non tamen prius sine auctoritate iudicis. num. 204.

Licitum est pactum legis commissoriae, positum in poenam sine fraude usurarum. idem si ponatur vt elapso die soluendi, pignus esset venditum iusto pretio. num. 217.

Si creditor bona fide, minus quam debetur, vendidit pignus, reliquum potest a debitore petere: si plus vendidit, tenetur restituere. Pignus autem retineri potest, donec soluatur debitum integrum. Quod si non soluatur debitum tempore praefinito, potest pignus alteri pignori. num. 205.

Peccat qui vasa sacra, libros, & ornamenta Ecclesiae pignorat, nisi ob redemptionem captiuorum, subuentionem pauperum, & alia multum necessaria Ecclesiae. num. 205.

P I R A T A. vide Naufragium.

P O E N I T E N S, non tenetur singulorum pecca